

Johann Cothmann

**Brevis Ablegatio Pseudo-Reformatoris, Refutationis brevis, Responsi brevissimi  
: Addita ad R. Concilium Academiae Rostochiensis Adhortatione, ut in eiusmodi  
Anonymum tenebrionem, & polypragmonem animadvertant, ne alii eius  
exemplum imitentur, & in infinitum, lites ac contradictiones sine neceßitate  
promoveantur**

[Rostochii]: Hallervordius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730058220>

Druck    Freier  Zugang



Ja - 1126(12)<sup>11</sup>



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn730058220/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730058220/phys_0002)

**DFG**

BREVIS ABLEGATIO  
PSEUDO - REFORMATORIS,  
Refutationis brevis, Responsi  
brevissimi,

*Addita ad R. Concilium Academiae Rostochiensis*  
*AD HORTATIONE, ut in ejusmodi Anonymum tenebrionem, &*  
*polypragmonem animadvertant, ne alii ejus exemplum imi-*  
*tentur, & in infinitum, lites ac contradictiones sine*  
*necessitate promoveantur.*

Instituta

à

JOHANNE COTHMANNO, S.S. Theol. D.  
& Academiæ Rostochiensis Professore ordinario.



Prostat

*Apud Johannem Hallervordium venalis*  
Anno 1638.

Ta-1126(12) 11

1638

BRITANNICA  
PÆTUS - RAVENAKTORUM  
RECOLLECTIONES PÆTATI. REFOUG  
PÆTATI



JOHANNES COELIANUS S. T. P. D.



Σὺν Θεῷ.

**P**ropheta Zacharias inter alia Salutaria monita, & hoc habet cap. 8. v. 19. *Veritatem & pacem diligite. Veritatem paci præmittit, quia pax quæpiam neglecta veritate esse posset, de qua rectè usurparetur tritum illud: Maledicta sit pax, quæ cum iactura veritatis conjuncta est.* Ulrumq; mihi in hac, quæ aliquandiu temporis agitata fuit, de Comprivignorum conjugio, controversia, propositum habui.

Prius, quia opinione Adversarii de mea sententia falsum erat, proinde ille prior arbitros elegit, Viros Admodum Reverendos, Confultissimos & Clarissimos. Placuit mihi consilium, & eosdem ego, ut hanc controversiam dijudicarent, petii in Defensione.

Cum verò contradicenti mihi Responso brevissimo meam defensionem excipere placeret. Placuit & mihi brevi Refutatione, brevissimum responsum elidere, toties tamen repetita protestatione, me jam tandem arbitros, semel utrinq; constitutos & electos rogare, ut cui sententiae calculus adjiciendus, haut gravatim dicerent, ne non necessaria litis hujus reciprocatione opus esset, & tandem conclusi: me in nomine Domini compromittere. Quia litibus hisce non delectarer, eò quod pacem & concordiam, præmissa tamen veritate, unicè diligenter.

Sed ecce Diabolus, omnis discordiæ, ac dissidiorum unicus auctor & propagator, pacem hanc & concordiam Academiæ nostræ invidit. Postquam enim hactenus mihi contradicens, suo silentio viam hanc Christianam concordiæ ineundæ, comprobare visus est. Ecce prodidit alius Anonymus, Lucifuga & Tenebrio, καὶ ἀνίστημον Reformato dictus, qui, nescio qua confidentia, controversiam hanc tra-

¶et. Sed quis tibi Lucifuga, qui ne nomen quidem tuum profiteri audes, ut & in te dictum Christi impleatur ; qui male agit, odi lucem, hanc potestatem concessit ? Nostine illud Catonis : ad consilium ne accesseris ante quam voceris. Putasne integrum tibi esse reformare Professores ? Aperi tandem oculos o Academia Rostochiensis, & in ejusmodi tenebrionem animadverte, facili enim labore inquire potest, ne si secus fiat gravissima suo tempore visitatoribus hujus conventionis reddenda sit ratio. Ut nildicam, quid de nostra aliae dicturæ essent Academias, si hic impune tenebrionibus & lucifugis professores reformare, & odiosis scommatis perstringere, permitteretur. Cogitatibus hoc Reverendi Concilii Consiliarii, & quid ex re, auctoritate, & commodo Academias erit, me non monente, facietis. Collega vester & membrum Concilii sum, reformor & verbis scopticis excipior, à tenebrione & lucifuga, maculam quam mihi ille injurere verbis aculeatis conatur, & vobis per meum latus imprimit, dum debita Professoribus reverentia & competens honor & respectus ejusmodi lucifugam tollitur & imminuitur. Verum me dicere res ipsa clamat, nec contradictrum puto quempiam, exactius rem hanc penitantem.

Et vel Academiarum Saxoniarum splendor, hunc tenebrionem à malo hoc proposito deterrere debuisset. Viri Clarissimi controversiae hujus constituti sunt arbitrii, tu ergo Polypragmon quid facis? tune te illis sagaciorem esse arbitraris? censesne idem eos, si verum dices, videre potuisse, licet tu Pseudo-Reformator symbolum tuum non addidisses?

Et quid tandem in re ipsa novi habes, quod non antea ad nauis usq; repetitum & inculcatum, nisi quod ad Diorthoten me saepius ableges, quod frustra facis, nam sine illo quid hac in refacendum, Dei gratia scio, nec mancipium sum, nec ero alienæ libidinis, fruatur aliis cui placet isto labore, ego jam illam attigi, laus sit Deo, ætatem ut curatore mihi amplius opus non sit.

Dicis præterea I. adversarium meum explicare scripturam canoniam, & maximam partem studiosorum Theologiae ad pedes illius sedere.

*aere.* Resp. Hoc illud est quod saepe dixi, & alii credere noluerunt,  
hanc esse Academæ hujus ~~et~~: ut cui Cathedra Theologica non  
dum commissa, ille tamen, nescio cujus concessionem, Canonicam  
Scripturam, additis multis & haec tenus in auditis novitatibus, explicet.  
Nec mirum est multos Studiosos accurrere, id enim plerunq; fit;  
mens enim humana novitatis avida.

2. *Conatum meum fuisse irritum.* Resp. Conatus meus fuit  
defendere veritatem, quod num fecerim, non à te tenebrione discam,  
cum jam alii te sapientiores quæsti sunt judices.

3. *Me à metipo descirisse.* Resp. Illud nunquam probabis;  
non ergo sufficit dicere, sed & simul probare.

4. *Definitionem affinitati me exagis are, sed ex ratione non refutare.* Resp. Satis refutavi dum nullum hujus factæ definitionis  
probatum exemplum dari posse afferui, quod nec tu dare potuisti.  
Inquis: *Per generationem novi partus, qui est consanguineus meus comprivigna accedit ad fines sanguinis mei vid. mei fratrū.* Resp. Com-  
privigna non tantum accedit ad fines sanguinis novi partus, quod me-  
diante conjugio fieri solet in affinitate, sed est ejusdem cum partu no-  
vo sanguinis.

Et per illam novam generationem comprivigna est caro car-  
nis, id est, est caro immediata carnis meæ immediata, ut dicitur cap. 2.  
brevissimi responsi. Sive est consanguinea novi partus. Quid ve-  
rò hoc ad comprivignos inter se consideratos, de quorum matrimo-  
nio unicè queritur. Sed hac de re toties dictum est in præcedenti-  
bus, ut otiosa repetitione opus non sit, & exspecto censuram & judi-  
cium hominum clarissimorum, non alicujus tenebrionis & lucifugæ,  
generationem contra omnem naturam ac rationem, affinitatis cau-  
fam fingentis, cum principium constituens confanguinitatem, non sit  
principium constituens affinitatem.

Regeris datam affinitatis descriptionem, omnibus descriptis  
competere. Proinde concludis: *illa persona quæ fit caro una cum ea  
persona, quæ caro mea est, dicitur affinitas mea.* Resp. Iudis in termino:

**una caro.** Dupliciter enim sumitur 1. respectu vinculi conjugalis. 2. unitatis sanguinis. Priori consideratione concedo, ubi datur unitas carnis, de qua scriptura loquitur *Matth. 19. v. 5. Ephes. 1. v. 3.* ibi dari veram affinitatem. Ubi verò persona quæpiam cum altera fit una caro, id est unus sanguis, ut comprivigni cum novo partu, ibi constanter ob sanguinis unitatem oriri affinitatem nego. Et tempus dabit annon una mecum clarissimi idem dicturi sint viri. Eo usq; iudicium tuam suspende lucifuga. Et videbis hanc refutationem quam parari gestis esse solidissimam.

Replicas *licet in jure humano non sit affini, esse tamen in jure divino.* Resp. pessima sit juris humani & divini oppositio. Définitiones Theologorum & JCtorum Scripturæ exemplis desumptæ & efformatae sunt. Et quia jam hæc controversia movetur, sine dubio Academæ hanc rem in timore Domini considerabunt, argumenta ultro citraq; producta exponent, ut interveniente tenebrione aliquo opus non sit.

5. Urgetur, *si descriptionem falsarum numero accenseam id ratione probandū esse.* Resp. probo hoc modo. Quæcunq; definitio, probato destituitur exemplo. 2. confundit causam consanguinitatis & affinitatis, illa non est bona. At hæc talis est. E. *Quod nullum habeat probatum exemplū, indicat illius defectus, quæ n. adducuntur, de uxore fratris, patris, filii, non sunt exempla, quibus ex generatione oriri affinitatem probetur, sed ex legitimis nuptiis, quod conceditur.* Probandum est, ex nova generatione consanguinitas unica causa, oriri affinitatem, quæ caro carnis vocetur. Et hic rursum clarissimi viri quid statuendum sit, suis censuris dicent, & num in concusso hac in materia status sit adversarius suo tempore apparebit.

6. Imprimis Pseudo-Reformator urget quod concessu præmissu non sit iugandum de conclusione. Et putat hic se palmarium reperisse, & non quod pueri in fabis. Bene autem se res habet, noli gloriarri ante tempus, nec triumphum canito ante victoriam. Omnia enim adhuc salva sunt. Syllogismus hic est

Car-

*Carnem carnū meā ducere non possum  
Comprivigna mea intercedente novo partu est caro carnū.  
E, eam ducere non possum.*

Major sensu Spir. S. rectè dicitur indubitate veritatis esse. Inter quas enim personas matrimonio jungendas, est Caro Carnis, sive propriè & strictè loquendo affinitas, inter illas matrimonium jure divino rectè prohibetur. Jam si fiat subsumptio ex Majori, minor erit falsissima, idq; dixi in *Defens. pag. 71.* ubi Syllogismum illum refutavi. Quæ refutatio num sit solida, judicium expeto virorum clarissimorum, non alicujus tenebrionis.

Quando verò adversarius meus in Brevissimo responso minorem ita formabat: Comprivigna est Caro Carnis meæ, id est, est immediata Caro, Carnis meæ immediata, sive consanguinea novi partus. Tum concessi Minorem. Sed tunc Minor non assumitur è propositione Majori. Alio proinde sensu in Majori, & alio sensu in Minori *carnem carnū* dicitur. Unde manifestò Quatuor oriuntur termini in Syllogismo. Major enim non dicit quid respectu tertiae personæ affirmari queat. V. G. comprivigni possunt dici Caro carnis, id est, consanguinei novi partus. Verùm Majoris hic sensus est: Carnem carnis meæ ducere non possum, id est: Quæ duæ personæ, de quarum nuptiis quæritur, dicuntur caro carnis, id est: vel proximi consanguinei, vel propriè dicti affines, illæ vi legis divinæ matrimonium contrahere nequeunt.

Hæc si comprivignis applicaveris in propatulo est, illos esse carnem carnis resp. tertiae personæ supervenientis, novi scilicet partus. At inter se propterea, quod est in *Levit. 18. v. 6.* esse carnis carnem, unde probabitur? Et hæc toties dicta in præcedentibus, ut tali reformatore opus minime fuisset.

Et num verùm dixerim nec ne dies veritatem hanc aperiet. Proinde conclusio illa quam ex Logica Rustica Pseudo-Reformator eruit, non ferit quæstionem controversam. Margaretam enim esse carnem carnis Nicolai, id est, explicante Adversario meo: Comprivignam esse carnem novi partus, qui mea Caro immediata est, extra

CON-

controversiam posita. An verò hinc sequatur Margaretam & Nicolaum, inter se carnis carnem esse, ex qua Logica sive rustica sive alia hoc sequatur, me nondum intelligere fateor. Proinde Doctorum Judicio, non tenebrionis aut lucifugae alicujus, me submitto.

Tandem me denuo ad vos proceres Rev. Concilii converto, regans consideretis, an talia famam & celebritatem Academiae nostrae conservent, quando suppresso nomine, Professor ordinarius verbis aculeatis & scopticis à tenebrione excipitur. Quod si semel hoc impunè feret. Quis tandem Professorum ab ejusmodi lucifugis immunis erit? Ego hoc indicando conscientię mea satis feci. Si verò conniventibus oculis talia permittentur. Mirabor quid alia de nobis dictura sint Academiae, numne hoc Universitati nostra honorificum futurum, dies declarabit. Ego hactenus, ut initio dixi, nihil nisi veritatem & pacem, contradictione mea intendi. An vero scopum illum attigerim aliorum censurę exponent.

# Soli Deo Gloria.





Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/pnn730058220/phys\\_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn730058220/phys_0011)





dere. Resp. Hoc illud est quod saepe dixi, & al-  
hanc esse Academiæ hujus ~~at~~<sup>atque</sup>, ut cui Cathe-  
dum commissa, ille tamen, nescio cuius conce-  
Scripturam, additis multis & haec tenus inauditis.  
Nec mirum est multos Studiosos accurrere, id  
mens enim humana novitatis avida.

resp. 2. **Conatum meum fuisse irritum.** Resp.  
defendere veritatem, quod num fecerim, non à te  
cum jam alii te sapientiores quæsti sint judices.

3. **Me à metispo desirisse.** Resp. Illud  
non ergo sufficit dicere, sed & simul probare.

4. **Definitionem affinitati me exigitare,  
futare.** Resp. Satis refutavi dum nullum hu-  
probatum exemplum dari posse afferui, quod  
Inquis : *Per generationem novi partus, qui est con-*  
*privigna accedit ad fines sanguinis mei vid. mei*  
*privigna non tantum accedit ad fines sanguinis ni-*  
*diante conjugio fieri solet in affinitate, sed est ejus*  
*vo sanguinis.*

Et per illam novam generationem comp-  
nis, id est, est caro immediata carnis meæ immed-  
brevissimi responsi. Sive est consanguinea nov-  
rò hoc ad comprivignos inter se consideratos, d-  
nō unice queritur. Sed hac de re toties dicti-  
bus, ut otiosa repetitione opus non sit, & exspec-  
cium hominum clarissimorum, non alicius ten-  
generationem contra omnem naturam ac ratio-  
fam singentis, cum principium constituens consa-  
principium constituens affinitatem.

Regeris datam affinitatis descriptionem,  
competere. Proinde concludis : *illa persona qua-*  
*personæ, quæ caro mea est, dicitur affinitas mea.* Re-

